



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 65. Papa rescissis concordiæ pactis Columnensium perfidiam ultus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. Papæ declaratio non parum Franciæ,
A.C. 1526. & Angliæ Legatos angebat; vereban-
tur enim, ne itineris tam insoliti ob-
tentu clandestina tegerentur consilia;
quapropter nihil non agebant, ut Ponti-
ficem a proposito dimoverent, eique pe-
riculum exponerent, quod abs dubio
immineret, si relicta Romana urbe sele
Cæsaris arbitrio relinquaret.

§. LXV.

*Papa rescissis concordiæ pactis Co-
lumnensium perfidiam ultus.*

Interea Henricus VIII, ut prætensi iti-
neris consilium penitus everteret,
potentiori usus medio, Pontifici trigin-
ta nummum aureorum millia dono de-
dit. Clemens hoc subsidio fultus, nova
suscepit consilia, ac concordiæ pacta,
quæ cum Columnensibus inierat, resci-
dit, & nuperam illorum perfidiam ana-
thematis pœna mulctavit; postea vero
copiae, quas Roma evocaverat, ad eo-
rum ditiones prædatum excurrere jus-
sit, necnon Pompejum Columnam Car-
dinalitia dignitate exuit. Paulopost
duodeviginti millium exercitum contra-
xit, ejusque imperium Valdemontio Co-
miti comisit, dato negotio, ut Neapol-
tani Regni finibus appropinquaret, at-
que Angevinæ factionis reliquias rur-
sum

sum instauraret: Verum Germanorum Sæcul. XVI,
militum, quos Fronsbergius adduxerat, A.C. 1526,
adventus hæc quoque consilia disjecit.

Comperto enim horum itinere, Urbinatis Dux, qui Borbonium Mediolani cinctum tenebat, loca huic urbi vicina reliquit, caussatus, velle se Germanis inter occludere: Ducas tamen solertia nequam Pontificis metum minuebat; eoquod induciæ brevi finirentur, ac Fronsbergius magnis itineribus Italiæ appropinquaret, ac ipse quoque Neapolis Prorex jamjam in Insula Corsicana appulsus, validas Hispanorum suppetias Neapolin deferret. Nihilominus Galliarum Rex nihil interim eorum, quæ ad firmandas fœderati exercitus vires necessaria fuissent, parabat, nec etiam Anglorum Rex majorem belli ardorem præferebat; quapropter Fronsbergius iter suum strenue prosequebatur, eodemque tempore copias suas Placentinæ ditioni admovere, a Borbone Duce rogabatur, eo confilio, ut ambo junctis viribus Placentiam vi obruerent. Verum Salutiarum Marchio utriusque consilia evertit: nihil inde tamen Fronsbergius animo fractus, Bur gum-Fortem usque processit, unde primo Padum die vigesima octava Novembris prope Hostiliæ pontem, ac demum Secciam flumen trajecit, cuius transi-

tum

Sæc. XVI. tum Urbinatis Dux non modo non pro-
 A C. 1526. hibuit, sed ipsus etiam inde secessit; quo-
 circa Fronsbergius nemine obluctante
 ad Mediolanensem ditionem propius
 accedens, terrorem ubique diffudit, de-
 nique Mense Decembri ad finem vergen-
 te hujus Ducatus fines ingressus, ibi-
 dem Borbonii Ducem proxime accessu-
 rum præstolatus est.

§. LXVI.

*Lusitanæ Regis filia Cæsari
nupta.*

Dum Italia his interim tumultibus agitabatur, Imperator Procuratoris sui ministerio usus, Ulyssipone Isabellam Emanuelis Lusitanæ Regis Filiam uxorem duxit; cum vero præfens rerum vicissitudo promptam hujus connubii executionem suaderet, Carolus Ant. de Vera hist. de Charl. Sponsam peractis mox hisce solemnibus V p. 128. & in Hispaniam duci jussit. Igitur illa 129. Mensa Februario Ulyssiponensi portu solvit, comitantibus eam utroque Principe Ludovico, & Ferdinando ejus fratribus, qui unacum pluribus primæ Nobilitatis Lusitanæ Viris ad Castellæ fines processerant; sequebantur eos itidem Ulyssiponensis Archiepiscopus, necnon duo regni Proceres. Obvios misit Cæsar Toletanum Archipræfulem, Calabriae

*Ant. de Vera
hist. de Charl.
V p. 128. &
129.
Sleidan. in
comm. l. 6.
p. 172.*